



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Pollutio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

644 P O L L V T I O.

Pactum conditionale potest obligare ad poenam ipso facto. Haec tamen non habet locum in poena conuentionali, quam partes sibi imponunt. n. 67.

Poena imposita a testatore incurrit ipso facto, quia potius est legatum conditionale. ibidem. poena potest extendi ad similes casus. cap. 22. num. 74.

P O L L V T I O.

C O M E D E N S nimis, vel edens cibos clidos, ex quibus venit pollutio, non peccat mort. dummodo non comedat eos eo fine. c. n. 5. lit. L. Nou. n. 15. c. 16. n. 8. 9.

Non peccat non cessans ab opere, a quo cessare non tenetur, quamvis timeatur sufficientia pollutio, dummodo non sit periculum consentiendi in eam. Tale est opus predicationis, studij, confessionis &c. in quibus nescire est audire, tractare, vel legere, res sacrarias: aut munus cursoris veredarij, in quo solet caro stimulis concitari: si enim probabiliter creditur, nullatenus futurum consum, quamvis pollutio eueniat, non tenetur committere illa opera: secus si timeatur periculum consentiendi. c. 16. n. 7.

Peccat mort. qui procurat pollutionem vel placet de ea: vel non impedit eam porent debent.

debēs: & qui se probabili periculo pollutio-  
nis exponit per cogitationes , aut delecta-  
tionis carnalis affectum: aut per cōuersatio-  
nes vel tactus turpes ad eam prouocantes,  
potens & debēs ab eis se auertere, aut come-  
dēs, & bibēs aliquid, vt eueniat sibi pollutio,  
quamuis id faciat ad exonerandam naturā.  
c.16. n.6. Non tamen peccat complacens de  
pollutione sequuta, ob leuamen naturæ, id-  
que in somnis:nec qui ob eundem finem de-  
siderat eam,dummodò tale desiderium non  
sit causa pollutionis.n. 7.9.

Medicus potest desiderare , vt pollutio e-  
ueniat infirmo inuitio.c.7. n.16.

Qui habet voluntariam pollutionem , &  
simul memoriam alicuius personæ,cum qua  
desiderat explore libidinem illā,duplex pec-  
catum committit, molliciem scilicet & cir-  
cumstantiam illius personæ,quam desiderat:  
Et qui simul cum pollutione voluntaria re-  
cordatur,& desiderat virginem,viduam, nu-  
ptiam , cognatam , & monialem, committit  
simul mollitiem , stuprum , fornicationem,  
adulterium,incestum,& sacrilegium.c.7.n.6.  
& etiam in Nou.c.6.n.18.§.5.

Non est peccatum saltem mort.pollutio-  
incepta in somnis,& finita in vigilia,iinò in  
cepta in semiexcitato , vel semidormiente,  
dummodò ratio non consentiat.c.16.n.8.

Sf 3

Tactus

Tactus impudici inter coniugatos cum probabili periculo pollutionis sunt moniles. num. 42.

Aspicere fœminam nudam, vel fœminum virum nudum cum periculo pollutionis, et mort. cap. 26. num. 28.

## P R A E C E P T V M.

Praecepta decalogi continent venialia non tamen expressè omnia, quæ facienda sunt, & expressè summam eorum. cap. 11. num. 1. Atque perseverant adhuc in legi Euangelica. num. 2.

Quicquid est contra præcepta decalogi regulariter est mortale, nisi excusat defectus deliberationis, vel paruitas maternæ, vel defectus iustitiae. num. 4.

Præceptum de diligendo Deum, de fide, & de charitate, non continetur in Decalogo, sed præsupponitur. Prohibetur tamen in primo præcepto expressè Idololatria, & superstitionis. num. 5.

Omnia præcepta decalogi possunt impliri quoad substantiam, ab existente in mortali. num. 23.

Præcepti finis non est in præcepto. cap. 13. num. 2.

PRAE

